

In altera.

Trophæum uidetur è varijs armis constructum, elypeo ovato, bipenni, pallio. In sinistra nummi parte, securis uidetur, in qua porcinum caput infixum. Inscriptio. CAESAR. Apud Bilibaldū Incuriam Norimbergensem argentum hunc nummum uisimus.

Aurea: —

In una parte.

1. Julius Caesar uidetur obiecto capite, laeua obtutu, cum nominis epigrapha: C. CAESAR COS. TERT.

In altera.

Signa religionis sunt hac ordine ordine posita, lituus, trulla, securis. infra. A. HIRTIVS PR.
Nummum hunc aureum memini me uisisse apud Dm Joannem Jacobum Kuecherum.

In una parte.

2. Julius Caesar occurrit laurea coronatus, sinisterorsum intuens, aperto collo, cum nominis circumscriptio: CAESAR DICT. PERPETVO.

In altera.

Caduceus, et fasces cum securi, magistratus insignioris insignia, in transversum posita sunt,
Supra